



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Thomæ A Kempis Canonici Regvlaris Ord. S. Avgvstini De
Imitatione Christi Libri Qvatvor**

Thomas <von Kempen>

Antverpiæ, 1617

Cap. X. Quòd spreto mundo, dulce est seruire Deo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45760](#)

ergo tibi de bono adscribere debes,
nec alicui homini virtutem attribuas:
sed totum da Deo, sine quo nihil ha-
bet homo. Ego totū dedi, ego totum ^{1 Cor. 4}
habere volo: & cum magna distric-
tione, gratiarum actiones requiro.

3 Hæc est veritas, qua fugatur glo-
riæ vanitas. Et si intrauerit cælestis
gratia, & vera charitas, non erit aliqua
inuidia, nec contractio cordis, neque
priuatus amor occupabit. Vincit e-
nim omnia diuina charitas, & dilatat
omnes animæ vires. Si rectè sapis, in
me solo gaudēbis, in me solo spera-
bis: quia nemo bonus, nisi solus Deus, ^{Mat. 19}
qui est super omnia laudandus, & in ^{& Lnc.}
^{18.} omnibus benedicendus.

C A P. X.

*Quòd spret o mundo, dulce
est seruire Deo.*

NVNC iterùm loquar Domine,
& non filebo; dicam in auribus
Dei mei, Domini mei, & Regis mei,
qui est in excelso. O quam magna ^{ps. 30}
multitudo dulcedinis tuæ Domine,
quam abscondisti timentibus te! Sed

F 3 quid

quid es amantibus? quid toto corde
 tibi seruientibus? Verè ineffabilis
 dulcedo contemplationis tuæ, quam
^{Gen. 1.} largiris amantibus te. In hoc maximè
^{Ps. 118.} ostendisti mihi dulcedinem charitatis
^{¶ Mat. 15.} tuæ, quia cùm non essem, fecisti me:
 cùm errarem longè à te, reduxisti me,
 vt seruirem tibi: & præcepisti, vt dili-
 gam te.

² O fons amoris perpetui, quid di-
 cam de te? Quomodo potero tui ob-
 liuisci, qui mei dignatus es recor-
 dari, etiam postquam contabui &
 perij? Fecisti vltra omnem spem, mi-
 sericordiam cum seruo tuo: & vltra
 omne meritum, gratiam & amicitiam
 exhibuisti. Quid retribuam tibi, pro
^{Ps. 115.} gratia ista? Non enim omnibus datum
 est, vt omnibus abdicatis, sæculo re-
 nuntient, & monasticam vitam assu-
^{Iud. 16.} mant. Numquid magnum est, vt tibi
 seruiam, cui omnis creatura seruire
 tenetur? Non magnum mihi videri
 debet seruire tibi: sed hoc potius ma-
 gnum mihi, & mirandum apparet,
 quòd tam pauperem & indignum, di-
 gnaris in seruum recipere, & dilectis
 seruis tuis adunare.

3 Ecce

3 Ecce omnia tua sunt, quæ habeo, ^{1 Cor. 4}
 & vnde tibi seruio. Verumtamen vi-
 ce versa, tu magis mihi seruis, quām
 ego tibi. Ecce, cælum & terra, quæ in
 ministerium hominis creasti, præstò
 sunt, & faciunt quotidie quæcumque
 mandasti: Et hoc parum est, quin
 etiam Angelos, in ministerium homi-
 nis ordinasti. Transcendit autem hęc
 omnia, quòd tu ipse homini seruire
 dignatus es, & teipsum daturum ei
 promisisti.

*Psal. 90
& Heb.
1.*

4 Quid dabo tibi, pro omnibus
 istis millibus bonis? Vtinam possem
 tibi seruire cunctis diebus vitæ meæ!
 Vtinam vel vno die, dignum serui-
 tium exhibere sufficerem! Verè tu es
 dignus omni seruitio, omni honore, &
 laude æterna. Verè Dominus meus
 es, & ego pauper seruus tuus, qui to-
 tis viribus teneor tibi seruire, nec
 vinquam in laudibus tuis debeo fa-
 stidire. Sic volo, sic desidero: &
 quidquid mihi deest, tu digneris sup-
 plere.

5 Magnus honor, magna gloria
 tibi seruire, & omnia propter te con-
 temnere. Habebunt enim gratiam

F 4 ma-

magnam, qui sponte se subiecerint
Mar. 19 tuæ sanctissimæ seruituti. Inuenient

suauissimam Spiritus sancti consola-
tionem, qui pro amore tuo, omnem
carnalem abiecerint delectationem.

Matt. 7 Consequentur magnam mentis liber-
tatem, qui arctam pro nomine tuo
ingrediuntur viam, & omnem mun-
danam neglexerint curam.

Matt. 11 6 O grata & iucunda Dei seruitus,
Cor. 1. qua homo veraciter efficitur liber &
Ioan. 5. sanctus! O facer status religiosi famu-
latus, qui hominem Angelis reddit
æqualem, Deo placabilem, dæmoni-
bus terribilem, & cunctis fidelibus
commendabilem! O amplectendum,
& semper optandum seruitum, quo
summum promeretur bonū, & gau-
dium acquiritur, sine fine mansurum!

C A P. XI.

*Quod desideria cordis examinanda
sunt, & moderanda.*

I FILI, oportet te adhuc multa ad-
 discere, quæ necdum benè didi-
 cisti. Quæ sunt hæc Domine? Ut de-
Ps. 107. siderium tuum, ponas totaliter secun-
 dum